

» districtum Parme bene agendo. Revocatis, remissis et indultis
 » ipsis dominis de Rubeis et amicis eorum predictis, silicet exilibus,
 » absentatis, vel expulsis, omnibus offenditionibus, bannis, processibus
 » sententiis, condemnationibus atque honoribus quibuscumque, tam
 » veteribus quam novis, impositis vel factis personis vel de personis
 » aut bonis eorum vel alicui eorum quomodocumque, qualitercumque,
 » ubicumque et quorumcumque usque in diem presentem. Et insu-
 » per dicti eorum amici etc. debeant esse exenti, liberi et immunes,
 » usque ad tres annos proximos, ab omnibus factionibus et oneribus
 » dictorum dominorum de la Scala et communis Parme quocum-
 » que nomine censeantur. Et etiam quod infra dictum tempus et
 » terminum ipsi pro aliquibus debitibus, in quibus tenerentur cum
 » carta vel sine carta aliquibus personis conveniri vel molestari non
 » possint nec alii pro eis ullo modo. Sed a dicto termino in antea
 » tractentur, sicut alii cives et districtuales Parme, in ratione et iu-
 » sticia, nec graventur realiter vel personaliter ultra comunem vel
 » generalem impositionem, que civibus et districtualibus Parme
 » generaliter imponeretur et fieret. Hoc preintellecto et expresse
 » dicto quod aliquod privilegium, pedagium, donum, permisso-
 » gratia vel collatio, impetratum, receptum vel factum, seu impe-
 » trata, recepta vel facta per ipsos dominos de Rubeis vel ipsis
 » dominis aut aliquibus amicis eorum ab annis vigintiquinque citra
 » per ecclesiam Romanam vel per Imperatorem aut per Regem
 » Boemie seu per comune Parme vel per ipsos etiam dominos de
 » la Scala de rebus videlicet aliquibus, honoribus, jurisdictionibus,
 » possessionibus, pecunia vel bonis temporalibus, spectantibus co-
 » muni Parme aut aliquibus singularibus personis dicti communis,
 » non intelligatur nec comprehendatur in bonis, rebus, possessio-
 » nibus vel iuribus que debent restituи dictis dominis de Rubeis vel
 » amicis eorum, ut superius est expressum.

» Item quod Rolando de Rubeis vel suo nuntio pro dando ei
 » omnem bonam causam, dentur omni mense, a die quo acceptaverit
 » et gratificaverit istam pacem, toto tempore quo vixerit, de camera